



Sicuti capita corpus coherere necessarium est ita & ecclesiam.
Sacerdoti & principi populum, utque uirgula radicibus &
fontibus fluuii; ita & filio patri & magistro discipuli, haec autē
non supfluo ad caritatem uestram praefati sumus, sed quā dicenda
mihi sunt quaedam apud uos ut nemo turbetur, neque sermō in nos
tro aliqua oriatur interruptio; Sed ut obedientia discipulorum cla
rescat in uobis, & quantum affectum patri deferatis appareat, adorna
te me filii & ponite mihi obedientiae uestre, Coronam facite me apud
omnes beatum iudicari, & doctrinam meam magnificate p̄ obedi
entiam uestram ^{secundū} apostoli monitū dicentis; Oboedite praepositis uestris
& obtemperate eis quia ipsi uigilant pro uobis quasi pro animabus
uestri rationem reddituri, haec ergo praenō ^{mo} praequi in sup̄ habeat
commonitionem nostram, pater enim sum & necesse est mihi filio con
silio suadere quod enim in carnalibus patribus natura carnis hoc inno
bis gratia spr̄ agit, pater sum & pater nimis sup̄ nimis sup̄ filios tremens
Ita ut sanguinem meum fundere pro uobis paratus sum, & in hoc non
est mihi gratia, apostolica enim lex est & dñi praecipuum dicentis
pater bonur̄ animam suam ponit pro uobis suis; sed & uos eadem facite pro
nobis; Similnamque ergo nos de uincti estis affectu, nam & paulus, audite
quid dicit salutate inquit pr̄ se illam & aquilam ad uocatos meos in xpo
qui pro anima mea suader uer̄ posuerit; Sicut enim pulchrum est pasto
rem pro ouibus immolari, ita uisum pulchrum est & uos pastore nec
morte seungi, cum enim inseparabilis fuerit abeolupum diabolum non
timebunt, conurus enim caritatis firmior ad amantē, & frater cum adiu
uatur a fratre erit sicut ciuitas munita & firma, haec autem praemotto
ut cum omni affectu quod dicitur audiat, nequa aliqui uestrum incipi
at p̄ turbari, loquimur rem quam dignum est, in ecclesia loqui & quam
dignum est libenter audire pro pace loquimur ad uos, & quid ita conue
niens quam si oer̄ dote mēti, pacem populo psuadere, Contradictio nulla
est ubi & legatio s̄a & legatus acceptus est, pro pace loquimur pro qua &